Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

que prope ad hirsaugiam pertinet. se
cundum sancti georgii martiris. utrumque in
nigra silua. tercium in bauuaria
in honore sancti martini. quartum in
turingia quod dicitur etphesfurth.
quintum ad duplicem aquam in hono
re sancte Marie in uilla Wielheim.
quod mutatum est in montem sancti petri.
vi in prouincia tarentinorum. Alia
uero tria id est scaphusense. pe
tershusense. kampergense pene iam
destructa restaurauit. In quorum
gubernatione hec erat ei cum solli
citudine quotidiana non parua diffi
cultas. tales videlicet in congregatio
ne fratrum inuenire personas. que
essent utiles et ydonee ad lucrandas
animas. Nam secundum dominicum
sermonem. messis quidem multa
operarii autem pauci. dum eos qui
aliis debent preesse et opere et sermo
ne oportet esse probatos. ac non minus
seculari sciencia quam spirituali erudi
tos. Sed quia paucissimi inueni
unt qui utroque polleant. plures
tamen sunt qui unum sine altero posside
ant. id est aut uitam bonam sine
sciencia uel eloquencia doctrine.
aut uerbum doctrine sine religiosa
conuersatione. eos ille sapiens archi
tectus studuit quasi quadratos
lapides ubi apparerent in edificio
spirituali promouere. quos nouit ex
politis moribus laudabiliter uiuere.
etiam si cetera necessaria minus subpete
rent. In hoc sequens memorabile fac
tum gregorii septimi pape. Huic
enim cuidam ecclesie clericus et populus duos
electos ad episcopatum presentauit. et u
num quemlibet ex duobus episcopum se ordinari
petiit.

Sed papa unum ex his sciens
esse bonum doctorem nec tamen
religiosum. alterum e contrario
religiosum. nec tamen necessarie eru
dicionis peritum. quem ex duobus
preeligeret dubitauit. atque id diuinitus
sibi manifestari orationibus cuiusdam
serui dei hoc modo impetrauit. Nam
idem uir spiritualis cum hoc sibi a papa
iniunctum uigilanter deo commendaret.
et per intuentum sancte dei genitricis ma
rie sibi uoluntatem dei in hoc re
uelari intente supplicaret. prius
ei beata uirgo maria apparuit. duos
que anulos quorum unus aurum purum.
alter plurima gemma esse uidebatur.
ostendit. eique interroganti que ex duo
bus eligeret gemmam inquit. Qui eui
gilans pape uisum suum narrauit.
incertus tamen quid ad causam prepara
tam. uel aurum uel gemma innueret.
Confestim papa quia erat perspica
cis ingenii. non dubium est inquit
quod testante sacro eloquio per aurum
sapiencia. per gemmam uero simplex
et pura uita hominis signatur. ideo
que ex ipso iudicio castissime dei ge
nitricis semperque uirginis marie.
ille qui caste iuste et pie uiuit. etiam
si ei aurum sapiencie uel eloquencie
desit. ad exemplum bene uiuendi po
pulis preesse meretur. Huius enim et si
lingua tacet. uita docet.

Oportet tamen in huiusmodi
electione summopere canonum
sanctiones obseruari. scilicet
quod ad regimen animarum non quoslibet
plures. sed regulares dumtaxat
personas promoueri. Hoc ergo infor
matus exemplo fidelis seruus domini